

Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Index Primus, In Quo Per Ordinem Recensentur & summatim explicantur
singulorum Sermonum Argumeta, quæ in toto hoc opere explicantur.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

INDEX PRIMUS,
IN QUO PER ORDINEM RECENSENTUR
& summatim explicantur singulorum Sermonum
Argumenta, quæ in toto hoc opere
explicantur.

Feria IV. Cinerum.

1. **H**oc sermone vitam brevem esse, &
mortem ex improviso hominem ad-
oriri ostenditur; ut proinde curan-
dum nobis sit, ut non in terra, sed in cœlo the-
suemus.

Feria V. Cinerum.

1. **C**haritas est regina virtutum, atque ideo
eadem exemplo Centurionis proximo no-
stro, præcipue vero infirmis exhibere debe-
mus.

Feria VI. Cinerum.

3. **O**mnes ab inimicis perpecciam injuriam
ex corde iidem condonare obligamur, quia id
nobis a Deo præceptum est: Estque hæc re-
missio actio gloriolissima inter omnes quas
facere potest homo Christianus; Econtra ve-
ro vindicta est actio valde ignobilis & indigna,
vilibus & abjectis hominibus propria.

Dominica I. Quadragesima.

4. **O**pus est ut Diabolus nos tentet. 2.
Qualem sint hujus Tentatoris qualitates. 3.
Quam bene nobis Tentator suis tentationi-
bus faciat.

Feria II. post Dominicam I. Qua-
dragesima.

5. **P**ena damni, sive privatio visionis Dei,
erit maximum tormentum, quod damnati in
die judicii habebunt, illudque illis infligetur,
quando audiens sibi dici: Ite maledicti, &c.

Feria III. post Dominicam I. Quadragesima.

6. **D**eus malis Leo est, & Agnus bonis, quia
cum illis atrociter, cum his perbenigne pro-
cedet.

Pauletii Quadragesimale.

Feria IV. post Dominicam I. Quadragesima.

7. **V**oluntas nostra Deiformis esse debet,
nec plus vel minus velle debemus, quam quod
vult Deus, hic enim solus est ad quem spectat
dicere volo: Nos autem Deum nobis ad libi-
tum nostrum facere vellemus, qui non plus, nec
minus faceret, quam nos volumus, quia nimis
addicti sumus huic maledicto verbo volumus.

Feria V. post Dom. I. Quadragesima.

8. **C**hananæ in petendo prudens fuit. 1.
Quia ipsam in propria persona, non vero per
tertium, Christum accersit. 2. Quia reveren-
ter cum Christo tractavit. 3. Et quia repulsa
a Christo patienter sustinuit,

Feria VI. post Dom. I. Quadragesima.

9. **P**iscina Passionem Iesu Christi nobis re-
presentat, quam in adversitatibus nostris tem-
per meditari debemus. 2. Aquâ autem salu-
fera hujus piscinæ ejusdem Domini nostri san-
guinem præfigurat, qui efficacissimum nobis
adversus omnes animæ indispositiones præbet
remedium.

Dominica II. Quadragesima.

10. **Q**uam ingens sit Paradisi gloria, quæ
in objecto beatifico, Deo nimirum consistit.
2. Dominus quoque Apostolis præcipiens, ne
cuiquam viventium verbum de ea dicerent, si-
gnificare voluit secreta nulli hominum com-
municanda esse.

Feria II. post Dom. II. Quadragesima.

11. **L**icet peccator aliquis in malo habituatus
semper salvari possit, attamen difficile est, ut
salvetur & non potius in peccato moriatur. 2.
Peccatum enim quia grave est, ad infernum nos
protrahit.

)))

Feria

INDEX ARGUMENTORUM HUJUS OPERIS.

Feria III. post Dom. II. Quadragesima.

12. Quod si quis sacerdos esse velit, conditio-
nem entis Metaphysici imitari debet, affe-
ctum luum à parentibus & secularibus abstra-
ctum tenendo.

Feria IV. post Dominicam III. Quadragesima.

13. Christus Jacobo & Joanni ob tres prae-
cipue rationes petitas sedes non concedit, scilicet
primò, quia erant cognati sui, in opposi-
tum ejus, quod nos facere solemus, dum non
nisi propinquis benefacere studemus. 2. Quia
erant pescatores, suumque statum & condicio-
nem mutare volebant, per hoc insinuans, quod
quilibet in gradu suo perseverare debeat. 3.
Quia per saltum ab humili pescatorum condi-
tione ad Principatus excellentiam transferri
volebant.

Feria V. post Dom. II. Quadragesima.

14. Favores hujus vita sunt odia, & contra ve-
ro infortunia hujus mundi sunt fortunæ, quia
qui hic laborat, ibi quiescit, & è contra qui in
hac vita ridet, in altera flebit. Et quam repre-
hensibilis sit luxus eorum, qui purpura & bysso-
fe vestiunt.

Feria VI. post Dom. II. Quadragesima.

15. Quanta sit animæ dignitas, quæ in vinea
Evangelica representatur. Et quantoperè apud
Deum supra omnia creatæ extumetur.

Dominica III. Quadragesima.

16. Confessio peccatorum ad salutem est ne-
cessaria, atque ideo utilis est peccatoribus, Deo
autem delectabilis, quæ causa est, quod Dæ-
mon, ad hoc, ut nemo nostrum confiteretur,
omnes nos mutos esse vellet.

Feria II. post Domin. III. Quadragesima.

17. Christus in patria miracula facere re-
nunt, quia in iis petendis nimium arrogantes er-
ant; unde colligitur, quæm ingens sit humana
temeritas.

Feria III. post Dom. III. Quadragesima.

18. In eo qui peccatorem fructuosè vult
terrigeri, tres præcipue conditiones requirun-

tur, scilicet, amor, secretum, & bonitas.

Feria IV. post Dominicam III. Quadragesima.

19. Mali communiter contra bonos confo-
rant, ut illos in vita, æstimatione & facultati-
bus lèdant; Innocentia enim à malignis sem-
per persecutionibus infestatur.

Feria V. post Dom. II. Quadragesima.

20. A Socru Simonis discere debemus li-
benter proximo in suis necessitatibus subvo-
nire.

Feria VI. post Dominicam III. Quadragesima.

21. Deus è malo bonum elicit, homo au-
tem è contra è bono malum educit.

Dominica IV. Quadragesima.

22. Christus honores & regias dignitates
fugit, sciebat enim melius esse servire, quæm
imperare, subditum esse, quæm superiorum,
qua gubernatio dura quædam servitus est.

Feria II. post Domin. IV. Quadragesima.

23. Christus in templo vendentes & ementes
perfonaliter flagellat, quia forum sæculare in
causas Ecclesiasticorum se ingerere haud quo-
quam debet. Unde iis qui locis sacrum debi-
tum non detuleré respectum, multa infortunia
acciderunt.

Feria III. post Dom. IV. Quadragesima.

24. Cautela magna adhiberi debet in di-
dicandis actionibus aliorum, quia nimis facile
committitur judicium temerarium.

Feria IV. post Dom. IV. Quadragesima.

25. Hebrei cœcum Christum glorifican-
rem audire non poterant, quia invitos plus
torquet à proximi bono, quæm à proprio
malo.

Feria V. post Dom. IV. Quadragesima.

26. Mortis memoria ad peccata declinan-
da valde efficax est. 2. Quanam sit in morte
bonorum & malorum differentia.

Feria VI. post Dom. IV. Quadragesima.

27. Lazarus in sepulchro animas Purgatorii
præfigurat. 1. Ad quas liberandas sacrificium
Missæ opportunissimum est remedium.

Domi